eius fiebant in canibus omnibus devorati de lupis oves de
consequentibus eorum tutos. Hic est sampson qui plures
occidit morte quam vivus. Meritis huius beatum
virum degelmus qui meruit e passionibus dominicam.
Passus est enim beatus Egillus martir tercio idus iunii
tempore vernali et tempore plurimo cum divina causa iusticie
Ideo digne ut flores rosarum in diebus vernis sanguine
martirii rubicatus in celeste rosarium est translatus. Eximius

meritis et precibus gloriosis det nobis graciam in presenti et gloriam
in futuro Ihesus christus dominus noster qui est benedictus in secula
seculorum Amen. Ad magnificat O preclare boemie recta via morum presul
sudesmanie tutor orphanorum Te collaudat hodie digne gens
sueorum. V. Una pro omnibus ducas ad regna polorum
Te collaudat hodie Beata pro te collaudat. Ad laudes
Legem transfert aliunde feliciter inventum inde multum prudende Ad laudes
posterum dans salutem. Antiphona Spreto solo patrie exit inspiratus
ad salutem fide celitus vocatus. Antiphona Cuncta vota omnium
presul sublimatus est in virum alium subito mutatus. Antiphona Princi-
pem non timuit sed heresias nec timens deserit sacre
lege vias. Antiphona Detruxerunt impii linum tamen presulem qua-
lucem filii sequunt Abrahe. Capitulum Hympnus Hympnus Hympnus
Ad laudem sancti presulis et martiri nunc tota psallamus
vocibus nunc invocantes psalmus Adalbertus presul inclitus Hympnus
dictus atque notabilis qui prudens gentilibus [illegible] gentibus
Insuper sudesmaniam ut duceret prussiam et [illegible] clementia
baptismi dedit graciam. Tum predicaret filium marie virginis
p[illegible]a est ad dum magna turba gentilium Quibus corrupta
dum contempserunt malivoli et necem sancto presuli parant in eodem
Percussus est lapidibus Adalbertus sicut Stephanus atque occi-
ditus Deum orans humiliter. Indulge ac in[illegible] pro dum te
via [illegible] eundem divina collata indulgencia. Dei
nunc [illegible] qui nobis Deum postula ut [illegible] coleat
in sempiterna secula. Ubi sit laus et gloria. V. Ora Ad Be[nedictus]
O presul mitissime pro luctu lux errantis [illegible]
[illegible] ductor [illegible] optime duc nos ad regna ubi pascet
intime gregem lux [illegible] Benedictus dominus Ad magnificat
Ad magnificat

dnn

Vale xpe pure fidei zelator iterus ydolatrie felix triumphator
nobilis eciam rector et fundator tue sancte familie dulcis
Consolator Amen. In festo Sancte Dympne virginis

hic finitur historia beate [illegible]

In festo Sancte Dympne virginis et martyris sociorumque eius

Supplicacionibus nostris quesumus omnipotens deus aures tue pietatis
inclina ut qui sancte Dympne virginis et martyris sociorumque
eius festa recolimus eorum intercessionibus (?) presidiis et ab omnibus
liberemur adversis Per dominum nostrum. Lectio prima

Ut posteritati sue fidelis reliquit antiquitas tempore Ottonis
primi erat in partibus Hybernie regali stirpe progenita
beatissima virgo Dympna que pro patre iam mortuo regni
gubernacula iure hereditario tenenda suscepit. Hec studio
boni patris in fide Christi diligenter instructa populum sue dicioni
subiectum vigilanti circumspectionis oculo regebat ac nocivis (?)
sanctitatis quoque vite et morum honestate ad exercicia bonorum
operum invitabat. Erat ei erga cultum religionis katholice
ecclesiarumque subsidium affectacio maxima erga miseriam oppressorum
et pauperum inopiam mira compassio ita ut devocionem quam
in tenerioribus annis sub parvulitate mens Christo sacrata
conceperat iam ad annos maturiores perveniens fructibus [illegible] efficacia (?)
sanctis exemplis et piis operibus demonstraret. Dignum
quippe estimabat et congruum ut sicut aliis honore prestabat ita
virtutum [illegible] et bonis operibus quasi dux ante
ceteros iret. Tu autem domine miserere nostri Deo gracias. Lectio secunda

Cum igitur lucerna iam non sub modio sed super candelabrum
posita latere non posset sanctitas eius et generis forme quoque
decoris fama longe lateque diffusa ad cuiusdam tyranni
noticiam tandem pervenit. Hic dyabolica rabie instigatus

collecta iniquorum virorum armata manu terram regionis hostiliter
invadens et violenter opprimens miserabiliter nephario devastabat venditque
semen Canaan et non Iuda decepit species missa legacione
ad virginem primo quidem promittens varia blandis et prefatis
filiis eam sermonibus alloquitur ut ei qui sic potens et
strenuus erat thori consortium non negaret Deinde vero
timorem et terrorem incutiens minabatur se terram totam cum
indigenis si sue voluntati non acquiesceret Illa vero divino amore
succensa non illecta blandiciis nec minis perterrita confidens eciam
proximum dimicaturam habendum quod in tirocinia amplectitur eo ipso
ad deteriorem [illegible] quo detrimentis implicatur magis eligit
exilium quam viro sacrilego copulari Tu autem lectio tercia

Illa igitur cum suis consilio inito decrevit quod e duobus eligeret
aut cunctam servande sacre fidei et continencie securam patriam
relinquere et ibi vivendo peccatum sub maligni tyranni
dominio remanere Cum ergo multi divini dilectoris dono pollenti
constitute famule Dei Dimne tam morum imitacionis quam comitatus
exigerent prebere solacia ipsa cum sociis tribulacionis sue quam plurimis
viris ac mulieribus et puellis vitans [illegible] secta fluctus
fluctuum mari se committens discrimini: in tribus naviculis [illegible]
partes aglomerate inter undas iter arripuit ut igitur monstret
se sociosque suos Tamen solius Dei pietate confidere voluntati eius
semetipsam et suos committens sine remis et aliis navalibus uten-
sibilibus mari se fundit et exilium confidenter ingreditur Ceterum
mirabilis in altis Dominus cui venti et mare obediunt et sperantes
in se non deserit sanctos suos quod tollendo vires suas ipsum
sequentium semetipsos iam abnegantium a tempestate et maris
periculo et a mirabilibus elacionibus maris illesos et incolumes
observavit Tu autem Domine miserere nobis Deo gracias lectio [illegible]

ad ultimum exilium elegit exilium

Tandem post transacta longa maris spacia ad partem illam
Norwegie que a vulgo Fierdarum provincia nuncupatur, gloriosa
illa comitiva Domino ducente pervenit. Cuius provincie incole
racionis aliquem cultum silvestres moribus incompositi gestu et animo
bestiales, videntes sanctos Dei finibus suis appropinquare con-
gregato exercitu tandem ad litus cum gladiis et fustibus exeuntes
cum eos comprehendere non possent procul a terra cum sagittis et
lapidibus expulerunt. Tu autem Domine.

Iterato igitur sancti Dei pelagi coguntur mire dispensacioni.
Et sancta quidem illa societas tempestate reporta corporali quidem
presencia separatur que mente et spiritu separari non novit. Una
igitur Sunniva fluctuum turbacione sedata cum maiori parte
societatis ad insulam Selio vocatam applicuit ibique mansi-
unculam faciens in speluncis et cavernis terre propter timorem
gentilium habitavit. Reliqui vero socii ad aliam insulam
applicantes que Kyn a vulgo nomen accepit similimodo
manserunt ex capcione piscium sibi necessaria acquirentes. Tu autem.

Eo tempore comes Haquinus de Ladhum omni tyranno
crudelior in apertum se subiectorum deseviens sceptra
regni Norwegie violenter adeptus est. Sub hoc itaque principe
temporis non modicum in predictis insulis sancti Dei commorantes
Domino Ihesu Christo in multa abstinencia et perpetua castitate et vite
sanctitate serviebant. Tu autem. In hiis insulis nondum indigenarum
habitacio erat sed qui in terra adiacenti degebant pecora
sua ibi in pascuis habuerunt. Tu autem Domine.

Transacto vero tempore cum prefatus comes a suo servo mira
subtilitate interemptus et a summo iudice dignam pro meritis suis
accepit sententiam, regnum gubernandum Norwegie suscepit christianissimus
rex Olavus filius Tryggonis cuius industria et

instan(te) a gens norwegie abiecta ydolorum seruitute per bonum et venerabilem
virum Sigwardum episcopum christiane fidei sacramenta percepit. Dum ad
Accipientes vel mercatores thesaurum tam venerabilem dudum multis
annis sibi incomparabilem. sacrum videlicet caput in timore et diligentia
secum tulerunt inde navigantes versus Trondemiam ubi regem prefatum
invenerunt. Erant autem mercatores isti adhuc pagani sed post
predicacionem illustrissimi regis eorundem suum confessi sunt tanti doctoris
verbis dei admonicionibus se libenter obedire vovebant. ac iussu
eiusdem venerabilis pontificis rex katholicus fecit eos in nomine sancte
trinitatis baptizari et fidelium agmini aggregari. Baptizati vero
et in fide catholica instructi in presencia venerabilis antistitis christianissimo regi
de columpna lucis quam viderant et de capite quod invenerant fideliter
narraverunt. Tunc iussu regis caput allatum est quod dulcidus
pontifex sacris manibus devote suscipiens in magna diligentia
cum sanctorum reliquiis recondebat. Dum autem
Fuerunt plures virorum et testes verum huius sanctitatis interpretes
... dignantur quos antea persecutores infestissimos habuerant
nam ... de eadem insula venientes ad regem id quod preces
viderant se quoque vidisse sepius firmiter asserebat. Hortatu itaque
pontificis rex devotus ad memoratam insulam cum multitudine
fidelium navigio deveniens cum lustrassent eam invenerunt in occide-
tali plaga insule montem non modicum quem in sancte aliquibus
annis consideraverunt corruisse. Hunc locum devoti rex et episcopus
perscrutantes ibique inter saxa boni odoris ossa reperiunt. Iubente
quoque episcopo et rege annuente constructa est ibi ecclesia et consecrata
ubi signa et virtutes operatur deus per merita sanctorum suorum
usque in presentem diem. Cum vero cum sedule ossa eorum que
reperire potuerunt congregarent, invenerunt integrum corpus beate
Sunniue virginis et martiris quod inde cum magno honore translatum
et in scrinio collocatum est. Acta sunt hec anno gracie

HS A 56 - 20v

Nongentesimononagesimosexto Transacto vero multo tempore
venerabilis memorie Paulus Bergensis episcopus . annuente
diuina gratia transtulit memoratas reliquias beate Sunniue virginis
et martiris de insula Selio ad ciuitatem Bergensem
Anno domini millesimocentesimoseptuagesimo que in
cathedrali ecclesia eiusdem ciuitatis Septimo ydus septembris
honorifice collocate sunt Regnante domino nostro Jhesu
Christo cui est honor et gloria in secula seculorum amen

Hystoria de Sancta Helena, [illegible]

Felix partus Vestgotia gaude plaude multiplica
Et tue prolis gratia deuota laudum cantica // Helena
mater hodie carnis abiecto pondere celestis aulam curie
scandit de mundi carcere // Clare orta parentibus nobilitatem
generis bonis ornauit moribus cepit ab annis teneris // Post
maritale vinculum deo se totam dedicans salutis et spectaculum
exemplis signis emicans // Deus creator omnium te
possimus diligere ut nos ad celi gaudium precibus adiuuet [illegible] Helene
Salue decus patrie mater deo grata ad laudem // ps Diffusa
Vestgotie celitus donata cum rege gloria digne iam
locata esto regni sic et tui mitte aduocata [illegible] Oro
Largire nobis clementer deus intercessione beate Helene
uiuis tue veniam omnium peccatorum et ab eis precedis sole //
mus gaudiari Da eius precibus gloriose celorum sublimari per
Assunt Helene solemnia Ergo uel iubilet ecclesia beate
Postquam sponsus transiit infidelitate in hac ecclesia prodiit rosa
Remanstatt pro deo domino Stella noue gratie noue claritate
illuxit Vestgotie signis demonstrate // Postquam fides
pace fines illustrat stella mira gratie statim radiat // Diffusa

Deus creator
Dic ad ben
magnificat
[illegible]

lectio prima. LL de sancta helena in vestgocia

Postquam hyemps infidelitatis transiit ymber persecucionum abiit
et recessit flores apparuerunt in terra nostra inter quos beata helena
velud nardus odorifera prodiit fama bonorum operum redolens
et igne divini amoris fragrans. Hec velut stella splendida
et matutina in principio novelle fidei exorta est exemplis
radians signis choruscans quorum plurima per ignoranciam
suppressa ingratitudinis prolixe oblivionis sub silencio sepelivit
quia stili non fuerunt officio signata. Verum ne sacre eius actionis
exempla sub modio silencii diucius occultarentur
aliqua de vita eius inclita et obitu glorioso necnon de virtutum
prodigiis quibus divina largiente clemencia claruit humili stilo
perstringimus quatenus in laudem dei audiencium animi excitentur.
Hec de nobilibus parentibus edita ut susanna quondam in lege et
iustificacionibus domini erudita est. Cum autem annorum nubilium
attigisset plenitudinem secundum morem terre viro traditur que ut sara
uxor tobie cum timore dei sub sponsum consensit. contulerat ei deus
fecunditatem lye Rachelis decorem et venustate ut ipsa species
corporis simulachrum esset mentis. Ipsa velut hester omnium oculis
graciosa generis sui nobilitatem morum honestate decoravit. R.
Letare fidelium concio devota novum fac tripudium nam de westgota
Helene virtutum laudet mundi tota. V. Cuius per mundum clarent miracula
mundi tota. Helene virtutum laudet. lectio secunda

Tandem mortuo marito ad iterandum thalamum etas et opes
provocabant. elegit magis spiritualibus nupciis deo copulari
in quibus a luctu incipitur et ad gaudia eterna pervenitur
quam carnalibus nupciis subici que a leticia semper incipiunt
et ad finem cum luctu tendunt. Mortis soluta vinculo
maritali laboriosam vidualis arcam thelonis indutam in se
sancta representans instar anne ieiuniis et oracionibus domino serviebat

Hostium suum ut sancti Iob viatori patuit et de velleribus
ovium suarum calefactus est pauper. Insuper dilexit decorem
domus dei et zelus domus dei sic ei inerat quod magnam partem
ecclesie sancti Adelberti ubi nunc corpus eius sacrum requiescat de propriis
facultatibus fabricavit. Sane in villa que vocatur gotthene tale
vidit sompnium presagium futurorum. Videbatur ei quod ecclesia illius
loci sicud eciam ipsa existente in ea ad sanctum Adelbertum transvolaret.
Cuius sompnii divina revelacione hanc dixit esse interpretacionem
quod in gotthene moritura sed sancti Adelberti foret sepelienda sicut rei
postmodum probavit eventus. Tu autem. R. Hec est inclita R 2m
simul vite facta hester non dissimilis vultus venustate
Verbis facta similis ardens caritate vel lucens lucerna
per terre climata late. Verbis facta. Lectio Tercia
Ceterum eciam porcionis illa que est inter templum et ecclesiam
sancti Adelberti fabricatur quibusdam significationibus ad quod ministerium
illud fieret. Ita videt dabit nobis deus aliquem
sanctum cuius corpus et reliquie potuerit loco decencius collocari.
Quod de se tamquam de alio dixisse perpenditur quia in
eodem loco post passionem suam eius virginale corpus situm
est. Ex quibus manifeste demonstratur eam eciam delbora et
aldam prophecie claruisse. Hostis antiquus considerans culta
scelorum constructa phana et delubra subuerti lucos per circuitum in
quibus dudum insana infidelium multitudo sacrificiis sacrilegis
insudabat cultui divino que per eam augeri vidit
invidit. Quaobrem lucernam in domo dei tam clare
lucentem per iniquorum manus extinguere volebat. Tu autem.
3m R. Carnalis coniugii vinculo soluta a labe contagii carnis
inpolluta. Quasi monasterii iugo substituta. Usus
Constans viduas sancte vivendo sequuta. Quasi
Gloria patri et filio. Quasi monasterii. In ii° nocturno

Est stans
Et constans
Et constans

Hec est iudith vidua victrix holofernis mactando strenua
dedita supernis. Ministris ecclie que sedule fuerunt egenos quos die
pavit et vestivit. In Plane probat medium vnius mali pre-
vam vt olida scpm gessit profitere confundanda lectio quarta

Accidit igitur vt quidam nobilis filiam bte helene matrimo-
nio s' copulatam minus eque eosdem vnus frequenter verbis
et verberibus lacesset Ceteri ad de familia contumelias dnd sue
iniuste illatas moleste ferentes tetenderunt eidem domino
insidias et eum occiderunt Propinqui ergo occisi pro nichilo de perent
ulterius manus vltrices in servos illos Sed admissum crimen sancte
dei impingentes ipsam consciam et machinatricem fusi sanguinis
fuisse dixerunt Et tunc facti sunt ei hostes inexorabiles
ut tribulaciones multas et malas ab eis perpessa est Sed quia
splendidus hij quos iam perfectos estimant homines in oculis summi
opificis aliquid imperfectionis habent sicut sepe imperiti homines
vnde dum perfecte sculpta sigilla conspiciunt et iam quasi perfecta laudant
que ad huc artifex considerat et limat laudari iam audit et tamen limat
ea tamen melioratio non desinit. Ideo dns famulam suam
tunsionibus persecucionum et pressuris tribulacionum perfectam fecit
Cepit namque inde quotidianis incrementis in amorem
sui conditoris succrescere et ad gaudium et pacem celestis patrie
anhelare Tu autem R. Offert se domini viaticum perfecta
ad sepulchrum domini peregre perfecta Propinquos examini
comitens obitus dei Non cedens hominum constans redit
ad sua tecta Propinquos examini committens lectio quinta

Verum quia tuicius est viro sequenti rapte carnalis
occurrere quam viro confidenti in sua stultitia. Ut locum
daret ire misit deus in mentem suam visum quod est ei bonum
peregre et visitare loca sanctorum. laborem quoque non abhorruit
sed feminee cogitacioni masculinum animum inseruit ad videndum

sepulchrum et locum passionis domini ut quondam gloriosa constantini mater
Helena iherosolimam perit causam suam divino cuidam
examini. Pacta igitur regione illa et pluribus aliis locis ubi
sanctorum reliquie in cisterna habebantur cum in deo confidens
et nullius occasionem expavescens ad ipsa circa fines hostes qui
in malicia pertinaces et indurati captabant in animam iuste sanguini
innocenti insidiantes. Ipsa autem bonitate et pace filia innocencie
alumpna sciens quod paciencia opus perfectum habet benefaciebat hiis qui
oderunt eam et orabat pro persequentibus et calumpniantibus se.
Castissima de hoc quod persecutores sui contra eam fabricabant in eius. In
Helene de patria sancta tendenti fraudis conspirant odia frau-
dibus intenti. Sola de malicia nocet innocenti. V. Nil obsunt
anime celestia regna petenti. Sola de malicia. **Lectio sexta**

Porro cum legitime certasset placuit deo agonistam suam
consummare de carcere carnis educere et ut gloriosius eam
coronaret iniquorum gladiis vitam eius quod eatenus apud nos certum
fuit octobr. preeunte quadam enim die dum pro indulgentiis
iret ad consecrationem ecclesie de Gotene. quidam de adversariis
suis stimulati in eam insilierent et duas impressiones in eam
vulneribus saciato ense velut ovem innocentem spiritum
supra petente ipsam dimiserunt occisam. Occubuit autem
kalendas augusti de bello migravit ad pacem. Que exstirpat
omnem fetorem confracto autem alabastro sacro corporis sui
vis unguenti fragravit. Nam post mortem eius in multis
pluribus miraculis divina potencia non destitit pro eius
merita. Siquidem die passionis sue post solis occasum vertente
quodam ceco per viam dum appropinquaret loco passionis eius
ipse qui dudum oculis eius vidit lumen quasi candele ar-
dentem in frutice. Cumque ad insinuacionem ceci diligencius
investigaret unde fulgor ille procederet invenit in

HS A 56 - 23r

Divino digitus beate helene abscisum cum anulo quo portauit
de terra sancta Tandem prefatus cecus tangens cum indice sua
sanguine eius respersum ad oculos suos mox illum recepit visum
Facta feliciter hora pronus gaudet ethiale celi digna temporis
suffragat odor dulcis ex unguenti domo Clarent prodigia
sua per fines regionis suffragatur Alia pro suffragia In iii nocturno
Hec est anna sobria nec samuelis parentibus filia sara
raguelis thobie Abigail sapiens in ea dixit dauid
sapiens que fuit duplex lege dei studio fuit ut
susanna mente fidelis samuelis anna **Lectio septima**
Alterum cum tufferentur corpus eius pausandi gratia in via
ad horam substitissent statim ibi nouus fons ebulliit qui
usque in hodiernum diem vocatur fons beate helene Ipsius
corpus sacrum allatum Sed dum super magnam petram reperta
in cimiterio locatum fuisset eadem petra in duas partes
scissa est et illa pars super quam sanguis eius stillauerat
de vulneribus fluens erigebatur Alia vero super qua non stilla-
uerat sanguis in terra iacebat Quod diuinitus ad honorem virginis
factum fuisse perpenditur ne vel sanguis eius humanis pedibus
calcaretur In hoc diuina potentia insinuare voluit quam magna
fuit fides mulieris huius in vita sua Quod siquidem montes
fides valet fieri ut dominus testatur in ewangelio dicens
Si habueritis fidem ut granum sinapis dicetis monti huic
transi hinc et transibit Idem lapis ita erectus stetit ibi multis
annis et multa ibidem fiebant miracula quam diu locus ille
in reuerentia habebatur Tu autem domine R Olim dum pungitur
dulcor eliquatur vua calce tunditur ut vinum fundatur palea
conteritur ut granum legatur Et helena dum patitur anime
celum reseratur ut granum legatur **Lectio Octaua**

HS A 56 - 23v

Quidam a natiuitate mutus cum ad sepulchrum viri dei in oracione
et lacrimis aliquamdiu perstitisset Datum est ei diuinitus expedi-
te loquendi officium et vetus silencium absoluit nouum verbum
Preterea quidam surdus tante surditatis erat quod nil audiuit
percipere nisi quod sibi eius auribus addbus inclamauit Inuocata
ab eo viri dei clamosis vocibus aures patuerunt et auditum
surdis auribus restaurauit Ceterum quidam leprosus ad sepulchrum
viri allatus cum in lacrimis diucius perseuerasset meritis eius
integre mundatus est Quidam eciam clausus inuocata ope viri
extensis neruis curuis tibiis confortatis pedibus surgere
et gaudens ad propria repedauit Ps ad Rex
8m ps In celi rosario posui rubens rosa meruit virus mir glosa
Cuius intercessio qua sit virtuosa v Hoc patet indicio
quod curat membra leprosa Cuius intercessio Lectio Nona
Ad diuine eciam laudis accedit preconium quod quidam
latrones ecclesie beate Helene dum ab hostibus capti
gladiis cederentur implorata ope martiris vulnerari non
potuit sed solis vestibus lesis quedam vestigia ictuum
instar quasi fili coccinei in cute apparuerunt ac si illorum ensium
acies penitus essent retuse Tunc idem hostes videntes
se nichil cedendo proficere diuertentes ab eo quendam alium
more eius obuium cum eisdem gladiis occiderunt Tendentes
tercie igitur ad predictum latronem tali terrore perculsi sunt quod prope
tez in eadem domo esse videre non potuerunt In quo
antiquum miraculum prophetae Helisei prophetice quondam in Syriis
factum diuinitus renouatum est Sed quia deus sanctorum
suorum signis tam euidentibus mirificari dignatus est
procurante felicis recordacionis domino Stephano archiepiscopo
Upsalensi dominus alexander papa tercius ipsum sanctorum
cathologo censuit ascribendum Omnia miracula que usque in
in presentem diem per eius merita facta sunt ad presens

HS A 56 - 24r

enarrare non possumus Hec que huic annotata sunt ad astruendam
sanctitatem eius et edificacionem fidelium ad laudem dei et gloriam
eius qui facit mirabilia magna solus Cui sit honor et imperium
in secula seculorum Amen In ii ve Audi clemens Sua nostri xpi
preces tue gentis gaudens mel agmina curie gaudente Chro
mel discrimina vite dux patris V Cure fueras solita gemitu
Venacl dolente Chro mel Bkd pnd Chro mel Ad laudes Ad laud
Ad nonam peruenit nimis accedit quod vir vibrans gladium
Aferit et non ledit An Mira lux emicuit celitus in
Dimno ostendens quo iacuit digitus in hymno An Tecus
tangens digitum nimis abscisum mox quod eius meritum est
adeptus visum An Miram fidem habuit in omnium principis
quod probat et dimit excecatus lapis An Claudus offensum habuit
et surdis auditum ceci lumen obtinuit devote petitum Ps
Adest triumphus nobilis dies redit leticie qua martir Hymnus
mirabilis ascendit thronum glorie Thesaurizant alii de
thesauros in celestibus Dum opes suas pauperibus dispersit
Dans pauperibus Germinas orans operans carnem domat
et afficit celestia desiderans cum deo mente conficit Signa fecit
insignia surdis auditum habuit mundans lepre contagia ceci
visum restituit, Deus Creator omnium V Audi filia Ad Bn
Urbs dna digne sublimata audi preces omnium tibi
decantata tua prece peccata dilue peccata Duc ad celi
limina nos desiderata Vindicta Tale flos beatorie
patet lucina in via iusticie devios eruta de valle
miserie nos Duc ad superna ubi tecum in requie
vivamus eterna Magnificat anima mea dominum

De sancta Barbara [ ] Confitebor

De sancta Barbara. Epistola. Confitebor

Optavi et datus est michi sensus, et invocavi et venit in me spiritus sapientie, et preposui illam regnis et sedibus, et divitias nichil esse duxi in comparatione illius. Ps. Quare [?] ad septem [?]. Super salutem et speciem dilexi eam, et proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Ps. Ad nonam [?]. Quam sine fictione didici et sine invidia communico, et honestatem illius non abscondo. Collecta.

Intercessio nos quesumus domine beate barbare virginis et martiris tue gloriose ab omnibus adversitatibus et malis infamiis hominum semper nos protegat, ut per eius interventum sacratissimum corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi sacramentum ante vite nostre exitum digne percipere valeamus. Qui vivis.

Tempore maximiani imperatoris erat quidam satrapa nomine dioscorus dives valde, paganus vero existens et colens ydola. Hic habuit filiam unicam nomine barbaram. Effectus autem pater eius turrim sublimem [?] reclusit eam, ita ut non videretur ab hominibus propter eminentem pulchritudinem eius. Accesserunt [?] sunt vero quidam de optimatibus patri eius de ea ut uxorem eam acciperet. Ipse vero accedens in turrim melliflue suadebat ei dicens: Filia mea, quidam de potestatibus commemorati sunt de te ut accipiant te in coniugio. Dic ergo quid velis de hoc. Ipsa vero intuita eum cum ira dixit: Ne cogas me hoc agere pater. At ipse vero recessit ab ea et videns permanebat in eo quod faciebat lavatorium [?].

Instituit enim multitudinem artificum quatenus hoc actu perficeretur et instituens quomodo deberet fieri, et abiens singulis preparans intercedens profectus est in regionem longinquam, faciens ibidem tempus non modicum. Videns vero famula dei barbara vidit opus quod factum est, vidit contra septentrionalem duas solummodo fenestras super astantes, et dixit artificibus: Quare tantum duas fenestras instituistis? Dicunt ei: Pater tuus sic instituit nobis. Dicit eis barbara: Perficite et instituite michi et aliam unam fenestram. Dicunt ei: Timemus domina patrem tuum, ne forte indignetur pater tuus adversum nos et non possimus portare eum. Dicit eis famula dei barbara: Quare [?] dico vobis

facite ego de hoc acsessere faciam Cum ipse veo acsensum ut alia
fenestram faceret sicut constituit eos Tu ad dnm Misere
Perambulans vero inpulsosa et immaculata Barbara et in
natatorium abiens contra oriente insculpsit in marmoribus
digito suo ipsius crucis figuram usque in hodiernum diem ad
spiritum inveniatur permanentem Ingressa vero in eandem absidem
in qua ingrediebatur sanctificata aqua effecta est ... pedes ablaco
tu quod omnes sanantes et salutem eius mensura accipiunt ...
hoc enim lavacrum sta eius vitam suscepit sanctum baptisma
Hoc lavacrum assimilabatur fons syloe in quo qui a nativitate
cecus fuerat lavatis visum recepit Hoc lavacrum simulabatur
probatica piscina in qua paraliticus verbo curatus est hoc est nata
torium fons incorruptibil. Hoc est natatorium quod curat omnem
langorem et omnem infirmitatem Hoc est natatorium aque vive quod
samaritana petiit de sanctissimo natatorio Tu ad v m
Pertransiens vero aqua sancta Barbara et ascendens in turrim
vidit simulachra que colebat pater eius et suspirans spiritu sancto
multiplicare suum nobilem desertum inquinamentum ...
intactum benignum acutissimum visionum certum diligentem
cuncta secundum suum inspectum Est enim vapor dei virtutis et
affluentia dei omnipotentis vnde sinceritate Hec igitur fortis
martir est fide exornata vicit diabolum Hec videns simu
lachra inspuit in faciem eorum dicens Similes vestri fiant
qui vos faciunt et omnes qui confidunt in vobis Et ascendens
in turrim crucem ibidem sculptura diu mansit Finito autem opere
atque perfecto reversus est pater eius de peregrinacione et
contemplatus tres fenestras dixit artificibus Quare tres
fenestras instituistis Dicunt ei artifices filia tua sic

HS A 56 - 25v

De s(an)c(t)a Barbara legenda

nabis precepit Ipse convocans filiam suam dicit ei Ex filia tibi
impetrasti tres fenestras institui Ipsa vero dicit ei Etiam
Etenim bene feci Nam tres fenestre illuminant hominem venientem
Et vero nunc tenebrescit et assumens eam pater eius duxit
in natatorium et dicit ei Quomodo illuminant tres de duabus
Sancta barbara dixit Hec est pater et filius et spiritus sanctus
Tunc repletus est furore pater eius et tulit spatam ut
occideret eam Orabat vero beata barbara et scissa est petra
et suscepit eam integram et eiecit eam supra montem Erant
1a Erant duo pastores pascentes oves in eodem loco qui
et viderunt eam fugientem Accedens vero pater eius ad eos
interrogant illos de ea et quidam unus volens salvare eam cum
iuramento negat quod non vidisset eam Alius vero digito
demonstrat eam Et maledixit ei beata barbara et statim
facte sunt eius oves locuste Quod et permanet in corporibus
eius sepulchro usque in hodiernum diem Et vero pater eius
eam deprehendens flagellavit et tenens comam eius [illegible] capite traxit
de monte et duxit eam in cellulam [illegible] et muniunt
clave instituuntque custodias catherinas ut non exiret [illegible]
custodes Custodivit usque dum abiens iudicavit presidi et tradit
eam ad torquendum Admirans vero preses iussit pre[illegible] eam Ingressus
vero pater eius una cum geronte comitatense ericit eam de cella
eius et tradidit eam presidi Admirans eam propter decoris puloritudinem
ut aliquibus tormentis eam afficeret Tunc preses sedens pro tribunali
et videns pulchritudinem eius dicit ei Quid vis aut parce tibi ipsi
et sacrifica diis aut acrioribus tormentis tradenda es diu ac
2a Respondit beata virgo barbara et dicit Ego habeo sacrificare

HS A 56 - 26r

Domine meus ihesu christe qui fecit celum et terram mare et omnia que
in eis sunt Demones enim tu ut dicit propheta Os habent et non
loquuntur oculos habent et non videbunt aures habent et non audient nares
habent et non odorabunt manus habent et non palpabunt pedes habent et non ambu-
labunt non enim est spiritus in ore ipsorum Similes illis igitur fiant qui
faciunt ea et omnes qui confidunt in eis Tunc preses repletus furore
iussit expoliari eam et carnes eius nervis taurinis discerpi
et ab ominis testibus defricari Cumque illate sunt ei plage ita ut
omne corpus eius inquinaretur sanguinibus et iussit ut clauderetur
in carcerem qualiter tractaret de ea qua pena consumeret eam
Media vero nocte circumfulsit eam lux de celo in qua apparuit ei
salvator dicens Confide atque conforte Barbara quod coprosum
memoriale fit in celo et in terra super tua passione Non ergo
metueas minas tyranni Ego sum tecum et ego eruam te ab
omnibus plagis que inferuntur tibi Et statim plage omnes nusquam
apparuerunt in ea Et hoc dicens dominus signavit eam et
ascendit in celos Gaudebat et exultabat martir christi
barbara super exhortacione domini Amen et Lectio septima

Mane autem facto iussit eam preses afferri et videns que
illata sunt ei tormenta quia nusquam comparuerunt dicit
ei Ecce quod compiati sunt tibi dii et diligunt te barbara
quia plagas tuas sanaverunt Videns autem martir christi
barbara dicit presidi Similes tui sunt dii tui surdi et ceci
et sine intellectu et immobiles et quomodo habebant plagas meas
curare sine remedio cum ipsi sibi non sint prodesse Me autem
qui curavit est ihesus christus filius dei vivi quem tu non
vides eo quod cor tuum est induratum a diabolo Tunc repletus
preses et fremens ut leo iussit carpere latera eius et lampades

ardentes applicari ei et malleo super caput eius cedi. Ipsa vero
intuita in celum dixit Tu nosti cogitacionem cordis mei
xpe quod amoris tui accensione plena sum. Ne ergo me
derelinquas, pro te vero has plagas sustinui. Tunc iussit
impius preses gladio abscidi mamillas eius. Amputatis
vero mamillis eius mater [?] barbara aspiciens in celum
dicebat Ne proicias me a facie tua domine et spiritum
sanctum tuum ne auferas a me. Tu autem. R. octava
Cum autem et hanc plagam sustinuisset iussit impius preses
nudam illam omnem circuire regionem et plagis [?] infestibus
flagellari eam. At vero christi martir barbara intuita celum
dixit Domine deus qui operis celum nubibus protector et
adiutor meus esto et tege denudatum corpus meum ut non intueatur
ab oculis virorum impiorum. Et hec ea dicente venit sedens
dominus super cherubin et mittens angelum suum cooperuit eam
stola candida. Igitur milites circumduxerunt eam in predium
quod vocatur delasium in loco sibi ad impiissimum presidem
Accepit ergo preses pro gladium eam [?] Tunc furore repletus
pater eius surrexit [?] eam a preside et perduxit eam in monte
At vero martir christi gaudens super hoc festinabat ut perfectionis [?]
victorie bravium acciperet. Et ducta adorabat martirum
coronam dicens Domine ihesu christe qui celos ascendisti et
terram fundasti qui abyssos conclusisti et mari metam posuisti
qui precepisti nubi ferre [?] nubes pluviam super bonos et malos
qui super mare ambulasti et pedes non fedasti quem metuunt [?]
tremescunt venti omnia enim obediunt tibi. Presta michi domine
peticionem hanc et da famule tue graciam ut si quis memoraverit
nominis tui et nominis famule tue ducendi martirii mei ne
memineris peccatorum eorum in die iudicii sed propicius peccatis
eorum. Tu enim nosti domine quia caro sumus. Tu autem

+ Hic incepisti [?]

HS A 56 - 27r

Et dicente ea amen effacta est vox ad eam dicens
Veni pulcherrima mea ad letissima gaudia & perfruere in
enarrabilibus patris mei qui est in celis Que quanto michi postu
lasti donatum est tibi a me Et hec dicens vir & venit ad
locum supradictum & ibi finitum est passionum eius martirium a suo
patre Barbara decollata est Et completum est martirium eius in
bona confessione cum iuliana in eodem loco // Descendente vero
patre eius a monte ignis cecidit de celo & combussit eum ut nec
pulvis inveniretur Consummata est autem mater Barbara cum sancta
Iuliana quarto die mensis Decembris Valentinus vero
vir quidam mirabilis petivit condenda corpora sanctarum virginum
& reposuit in loco solis in habitaculum modicum In quo &
senatores plurime celebrant in gloriam ... dei Martiri
zata est autem sanctissima & mater Barbara Imperante maximi
ano augusto & preside marciano apud nos vero regnante
Domino deo atque salvatore nostro ihesu christo in secula seculorum Amen

In festo concepcionis beatissime virginis Marie — concepcio

Expedit fidelium devocioni beate virginis Marie in templum
dei concepcionem non minus quam ipsius nativitatem digna veneracione
celebrare speciali festum tempore et gaudere Est namque concepcio beate Marie
actus inicialis gloriosus & beneficus pro eius nativitate Quare
non minus festivari debet quam ipsa eius nativitas perfecte
hiis tribus racionibus Primo quod virginis beate nativitas sancta
extitit non minus fuit sancta fuit eius concepcio ex eadem virgo que
in mundum sancta est nata est postea non minus quam prius ut magis
sancta in utero concepta In ante dominum loco secundo
Secundo quod virginis nativitas fuit ad salutem omnium spirans
non minus eius concepcio cum ipsa in hoc templo materiali
suum sanctissimum templum aptavit preparavit & significavit ut esset
dignum habitaculum filii dei in quo incarnari voluit

HS A 56 - 27v

Tercio si virginis marie natiuitas fuit graciosa non minus eius presentacio gaudiosa cum gracie menti et dignitate ac diuini muneris benedicta ita virgo ex illa eius in templum presentacione et subsequenti inibi habitacione atque conuersacione sequuta est totum nobis cessit in magnam salutem nostram beneficium. Patet ex hiis quod similis sit festiuanda non vtique sed tam natiuitate quam presentacione ad deum

Congruit eciam aliqua de parentibus virginis gloriosissime inducere. Vnde legitur in antiqua legenda quod felices illi parentes virginis benedicte Joachim et anna ambo iusti et sancti sine reprehensione in omnibus mandatis domini incedentes viginti annis in matrimonio cohabitantes prolem non habuerunt et rogauerunt in deuote suis oracionibus altissimum quatenus dignaretur eis fecunditatem concedere et prolem dare. Vouerunt itaque deo si eis sobolem graciose eam eius seruicio diuino mancipare vellent. Venit tandem angelus a deo missus repromissionem consolans indicat eorum preces exauditas esse felicem prolem scilicet filiam promisit et addidit eius nomen et quam digna sancta et graciosa esset futura intimat. Dicebat quod mater ipsa futura esset filij dei fieri debebat.

Felices igitur illi coniuges huiusmodi diuina promissione percepta et similiter in bona spe expectabant adimplecionem. Itaque anna decursis nouem mensibus huiusmodi promissam filiam felicem mariam que in vtero eius sanctificata est peperit et vt angelus iusserat maria vocatur. Quam anna cum omni studio educat vsque ad tempus ablactacionis. Completo igitur prius termino ablactacionis tempore sed parentes benedictam filiam ambo in templum presentauerunt cum oblacionibus. Audi quod accidit eadem vice antequam ascenderet in templum. Erant ad templum quindecim gradus ascensionis in honorem vnius virginis constructi volens se et sua sacrificia preparare ad ascensum. Quod accidit medio tempore virgo benedicta cunctos illos gradus sine adiutorio alicuius ascendit ita expedite et velociter ac si iam perfecte etatis esset non respiciens

Tunc ut ait magister in scolastica hystoria parentes virginis
sacrificio suo facto secundum morem legis voto suo iam perfecto
filiam suam presentatam inter septa templi cum aliis virginibus
ibidem in dei servicio educandam dimiserunt et ipsi postquam parentes
Quo ~~parentes~~ in domum suam reversi sunt. Post quos parentes
virgo benedicta nunquam mala parvule flevit. Cum igitur ecclesia
principaliter celebrat festum purificationis Marie quo die eadem
virgo Maria infantulum filium suum Jhesum presentavit in templum
ut sisteret idest offerret eum domino. Cur ergo non ecclesia similiter
celebraret eciam diem illum hodiernum quo ipsa non solum
a parentibus suis est presentata sed eciam ipsa semetipsam presentat
in templum ut sisteret se domino. In ut *l' Sexta*
Quas convenientias attendens summus pontifex sanctissimus
dominus Paulus secundus suorum ad instanciam principum
Turingie hanc festivitatem in eorum terris celebrandam
maturius admisit concessit approbavit et confirmavit ac eciam
indulgenciis specialibus dotavit. Quod eciam attendentes
reverendissimi in Christo patres domini archiepiscopi Maguntinensis
Treverensis et deinde Coloniensis eandem festivitatem in suis
dyocesibus placuit celebrandam instituerunt. Porro benedicta
virgo in templo quasi in aptiori et convenienciori loco est adducta
ut inde se magis magistris disponeret aptaret et dignificaret
ad id quod erat futura debuit enim fieri et suo tempore esse
dignissimum templum filii dei in quo voluit incarnari. Ideo
digne in templum presentatur intus tractata et conservata ubi
poterat in lege domini et in divinis scripturis plenius erudiri. De-
cebat enim virginem sanctam quem quondam cum deo pacto *l' vii^a*
dedicata et filius segregata esse ab aliis hominibus et a
mundo et deo ~~dicata~~ soli deo. Erat enim Maria in

dedicatam

admiracionem omnium quasi trium annorum esset tam maturo
gressu ambulabat ita perfecte loquebatur et dei laudibus insistebat
ut non infantula putaretur sed quasi adulta esset ita in oracionibus
persistebat. Et splendebat eius facies ut vix posset quis in eius
faciem aspicere intendendo. Legitur eciam quod dum ipsa horis competentibus
operi manuum insisteret sicut cetere virgines omnia que antique
mulieres vix facere poterant ista in tenera etate explebat. Ecce
carissimi in hiis diebus exorta est gracia quam per nos transivisse nata. Tu autem

Lectio octava De hac virginis in templo conversacione dicit beatus Jeronimus
in epistola quadam ad Cromacium et Heliodorum. Beata inquit virgo
hanc regulam sibi statuit ut a mane usque ad terciam oracionibus
insisteret. A tercia usque ad nonam operi manuum vacabat et
notandum textrino verissime ad templi ornatum subtilius componendo.
A nona ab oracione non recedebat quousque angelus sibi apparens
escam ei daret ita ut in vigiliis inveniretur prima prior
in sapiencia legis dei erudicior in virtute humilitate humilior in can-
ticis davidicis elegancior in caritate gracior in dei puritate
purior in omni actione et in omni virtute perfectior. Erat enim
constans et immobilis. Hanc irascentem nemo vidit vel audivit
umquam. Omnis sermo eius ita erat gracia plenus ut cognosceretur in
lingua eius deus. Cotidie autem escam quam de manu angeli
acceperat ipsa tamen reficiebatur et escam quam a pontificibus templi
recipiebat pauperibus dividebat. Tu autem. Lectio nona

Presentemus iam hodiernum festum presentacionis confirmare.
Legimus in veteri testamento quod david adducens
archam dei de domo obededon ad civitatem suam hoc fecit cum
magna sollempnitate cum domus ipsius ad hoc congregata et erat ibi
magna iubilacio et sollempnis sacrificiorum oblacio. Sed quare tanta
sollempnitas fiebat quod illa lignea archa in domum david
portabatur quia fuit figura huius puta virginis quando venerabilis

HS A 56 - 29r

est in ecclesia celebrandum et solempnizandum in die [illegible]
in templum, vetus enim comparatione est veritas quam figura, lux quam
umbra, nec non David rex coram archa iubilans cum tota solempnitate
ad archam, que utique lignea erat licet auro circumtecta, si non
in sponso complecto signatur honorasset. Attendens veram vivam
archam designatam et figuratam. Ipse illam sub typo testamenti
sicut enim lignea archa condita in se continebat tabulas veteris
testamenti, ita viva archa virginalis ad hoc est fabricata et in templum
portata ut idonea fieret continens duas tabulas novi testa-
menti, hoc est corpus et animam domini nostri Jhesu Christi. Decantemus
cum devote invocantes chorum et angelorum dominam. Advo-
cata nostra potentissima et sidus nostrum in dicam gratie nobis
sinus tuus plaga divina et mentes nostras illumina corda
nostra in bonis tepida. Fac ut fiant in deo splendida nostro
timendo in dicam te hodie computamus quod nobis largiaris bona et
audias indignatorum fiant a nobis ut te intuendo
hic in parti eius graciam et post hanc sterilem vitam felicitatem
eternam nobis prestare digneris. Qui cum deo [illegible]

sexto kanuto. De sancto kanuto rege et martire. Oracio.
Deus qui beatum kanutum regem a subditis sibi et in ma-
nu plebibus iuste peremptum glorioso martirio sanctifi-
casti ut ipsius apud te sentiamus intercessionem qui eadem
gloria tua gloriose consumant victoria. Per dominum. Lectio prima

Regnante illustrissimo rege Danorum Swenone extitit
erat filius eius valde famosus qui ipse rex nobilis
erga [illegible] dei devotus corporis ad dei cultum et iustitiam
attendebat et viribus consequabatur. Insuper exteras gentes
potentia subiugabat. Qui cum viginti annis vixisset morte
debito soluto roskildis in ecclesia maiori est sepultus

Anno domini m lxxiiii Reliquit autem post se inclitam sobolem
filiorum quorum quinque regnum adepti sunt denique. Quorum
primus haraldus triennio regnavit qui anno regni sui sexto Dalbij
post mortem locum quietis accepit. Tu autem domine. lectio secunda
Haraldo successit gloriosus Kanutus de quo nobis iam sermo
adest quem dominus felix papa canonizat nomen eius amplificando
sanctum appellatur. Hic acutus ingenio fuit specie decorus annis et
animo strenuus mentisque industria oris facundia pollebat. ad missas
personas discrete gerebat materia. Divinum cultum ampliabat. Carnem
propriam ieiuniis affligebat. Nam solemnis ac privatis ieiuniorum
diebus ieiunijs in sextis ferijs pane solummodo cum sale et aqua come/
debat cum aliis fratribus regalibus uti credebat quod cum ipso ponebat.
3a Considerans autem se regem factum propter hoc ut iniusta tolleret
incepit pravas regni consuetudines de finibus extirpare. Et
ut filius contra ignominiam strenuus exercitum haberet edixit ut
classis pararetur pro anglia subiuganda que a dominio Danorum dominio
recesserat et tunc erat per externos occupata. Cumque naves
parate ac supervenit tempus autumpnale populus supplica/
bat regi ut propter culturam agrorum et occupationem domesticam
suspenderet expeditionem usque ad tempus ~~autumpnale~~ vernale. Quod
quarta Omnibus at ad propria dimissis recepit. Et rex dimittebat in
